

210. *Prinz Wilhelm von Oranien an seinen Vater. Breda, 1. September 1551. Praesentirt 7. September.*

Ausf. aus K.-E. 92.

Zustimmung zur Sendung nach Augsburg. Unterstützung der Abgesandten durch Geldmittel.

Vestre delectionis litteras 24 preteriti mensis mihi scriptas accepi. Valde mihi placuit prudens delectionis vestre consilium pro executione negotii Catzenellebogensis obtinenda necnon et responsum consiliariis Hessie datum. Litteras credentie, quas vestra delectio ad reverendissimum dominum Atrebatensem petebat mitti, ego et dominus de Champaigny per veredarium statim Augustam jussimus perferri. Quia ex Stephano Montano intellexi, nostros, qui causam communem nostram Catzenellebogensem Auguste prosequuntur, egere pecunia, curabo per Gasparum Schetum illis Auguste numerari sexcentos florenos aureos. Vale quam foelicissime, illustris domine pater, una cum domina matre, cujus delectioni ego et uxor mea ex animo commendamus.